# Erection del Arzopispado

de

# Mexico

1534-1535

M. S.

EX LIBRIS
No 2755
SAMUEL LATHAM MITCHILL BARLOW

EX LIBRIS
NOV EBORAC.

GRUEL

2755

Codex
— Lat
2

Erection de Mexico :

23

John Carter Brown Library

Ioannes de çumarraga dei optimi et aplice sedis munere epus, et seruus ecclie Mexiconen, cuiuis sub christi dei euangelio eterno militanti gra, et pax a deo patre, et eius consuſtantiali vnigenito filio pacis auctore, qui sui diui corporis effuso cruore donauit nobis omnia delicta, delens quod aduersus nos erat, chirographum decreti quod erat contrariu nobis et ipsum tullit de medio, affigens illud cruci, pacificans per ſanguinem crucis eius, siue que in terris siue que in cœlis ſunt, placuit diuine bonitati: hiſpaniarum regnis adeo celebres preficere heros, qui nedum barbaricos enses, ac molles, que illorum uictoriam sequntur, e medio effugarent: verum sui patrimonij et uite prodigi facti, remotiſsimas, et incognitas penetrarent regiones, ac idolatrie monſtruo inde ſublato, euangelium uite, crucis vexillo hinc inde triumphante: christianorum magna ſtipante caterua, plaudente religione chriſtiana, magnis auspitijs late, diffuseq, plantarent. hi sunt sereniſsima regina ioanna, ac illius genitus inuictiſsimus carolus, maximus imperator ſemper auguſtus. rei secularis ex dei electione sulus, et indubitatus Monarcha: quorum cura circa hoc potiſsimu uersatur. ut omnes gentes eandem orthodoxam profiteant fidem, et vniuersus orbis ad unius ueri dei cultum redigatur, fiatq unu ouile, et unus paſtor. atq iuxta baptismi pauli oraculum, unu corpus, unus spus, una spes, unus dominus, una fides unu baptisma, unus deus et pater omniu, qui super omnes et per omnia et in omnibus, nobis acunctis vniformiter proclametur. ob hoc quippe innumeras rates, carinas atq triremes, scille, caribdi, ac alijs compluribus cerulei maris anguſtijs exposuere. ob hoc sane in effabiles suorum regnorum thesauros, quasi manu undiquaq perfosa, per abruptas et incultas horas, etiam nec aſſem mundani lucri inde sperantes, herculeo illo suo animo, sepisſime, et affatim proiecerunt, attentantes iter, uel euntibus, uel redeuntibus multis, nominibus infauſtu nullo tn infœlicius quamq pluries chriſtiani nominis augmentu non contingebat, ac pene duplicabat moleſtiam gentemq illam experirent omnino aduersam, et inductilem, cuius utilitati potiſsimu tantum laboris desudabat, ob hoc res utiq lucidiſsimae e: selectos uiros q plurimos, nedum in arte militari, uerum et in omnigena erudictione, ac pietate. ad barbaros et fere beſtialiter viuentes, homines deſtinarunt, alteros quidem qui illos suo regali sceptro ſubmitteret, alteros vero, qui sacra dei templa edificarent, et ad sinceram fidei ueritatem radijs uere theologie illuminatos, illos redigerent, et inmaculatam, quam edeficarent eccliam, si forte diabolico inſtinctu misceretur, a fœda barbariei appellatione uendicarent. Perſpiciebat nimirum regia prudentia id quod ueriſsimu e. non mediocriter ad chriſtiane religionis ornamentu facere, ne quid omnino canatur, aut legatur in templis, quod non grauiſsimo doctiſsimo cuiq placere queat. hoc e, quod non ex diuinis libris hauſtum sit, aut certe a viris eximijs profectum, demu tanta solertia, tam ingenti cura et anguſta, opera hui rei, studio inſatigabili, chriſtiani nominis ſupta prouintia, annis non paucis insudarunt. Vt illis inlocis, in quibus ab incognitis seculis astaroth, bel, baldagon, et relique baratrie nerine spurtitie colebant, iam non nisi diuinum nomen sacri hymni hipoſtatice laudes, uirginei cantus, diuorum panegyreci, martirum ſanguis, virginum puritas, ecclie dogmata, et pontificia iura hinc inde resonent, atq tripudient. loquant ipsa opera, teſtent rem quondam prophane blaspheme et demonum nominibus plene regiones. nunc uero insule chriſtiane et oppida fœliciſsima, chriſto, ac glorioſſe militie dicata huius fœlicitatis, participes ſunt. Cumana. perlaru flume. Venecia

minor, Sancta martha. nomen dei, darienū, pannama, nicaragua, indica cartago, profunda loca, perutū, yucatanū, cocumellū, flumen palmarum, hiſpanica, insula fernandina, margarita, iaymeca, et sancti ioannis, ac alia q̄ꝫ plurima loca, quedam a fluminibus, quedam uero a ducū illa conquiſtantiū, genealogijs nomina trahentia, que adeo diuini cultus schemate fulgent, exuberatissimis templis, ac monachorum cœnobijs hinc inde constructis, ut vere de illis: respectu nr̄i: diuinū iudicium iam verificet, erunt nouiſsimi primi, et primi noviſsimi, hoc uero ingens diuini amoris incendiū piiſsimorum horum regum ſtudio actum ē, quibus taliter fauit diuina clementia, ut non solum regali sceptro cunctos nr̄i eui reges antecedant, verū pietate precipui fidem christianam precunctis ampliauerint, quapropter mihi magis interea libet illis mentem iſtam regibus dignam, quam fortunam quamlibet amplam gratulari. O fœlicem christi populum, si paſsim contingat, tales eē principes, quibus chriſti glīa nil sit antiquius, qui totum regium ornatum moribus et uita referant. quibus et si sceptrū detrahas, tamen reges chriſtianos agnoscas, in quibus sane fortuna, q̄ꝫ antiquitas cæcam faciebat, oculata uidetur, qui generis sui longe clariſsima schemata morum suorū ornamētis illustrant, regiam dignitatem uite integritate conduplicant, imperiali aquile: nescio quid maieſtatis: aditum uidetur, postq̄ꝫ hi similes non habentes principes totius orbis Monarchiam tenent. quid superē, nisi ut Chriſtum optimū maximumq̄ꝫ comprecemur, ut iſtam mentem illis, illos uero nobis q̄ꝫ diutiſsime seruet incolumes. Adtantam itaq̄ꝫ exuberantiā, (ut ad rem brebiter veniamus) horum principū deuenit clementia, q̄ mexiconeñ prouinciam, iter omnes regie dictioni submiſsas precipuam interra firma, quam novam hiſpaniā nuncupamus, situatam non solum a barbarico illo cultu christi fide vndiquaq̄ꝫ ampliſsime euangelizata mundauerint, verum ut ordo hierarchicus, quem Romana tenet ecclia in illa obseruetur, apostolico super hoc implorato consensu, episcopatum, cathedrale templum, ac parrochiales ecclias, dignitates, canonicatus, prebendas, beneficia, et cetera hmoi in ipā erigere, construere, ędificare et fundare, omnino regio ſup̄ hoc habito consilio, decreuerint, atq̄ꝫ ut rem effectui comendarent, me inutilem, et omnino adtante rei executionem inhabilem, cum apud illos plurimi non deessent. qui mea sententia comulate valerent, suis sanctiſsimis votis satisfacere, ex angulo mei franciscani instituti, Semisepultū extraxerunt, et in primū mexiconeñ nominauerunt, et eligerunt epūm, quorum pie petitioni, et electioni, Sanctiſsimus dominus noſter papa clemens huius nominis septimus paternali affectu: ut parē: condescendens aplicas litteras per manus regias nobis subpeditandas, solerti cura destinauit, quas quidem litteras in menbramine more Romano conscriptas, aplico plumbo in filis sericeis rubrei croceiq̄ꝫ coloris pendente, sanas, integras, non vitiatas, non cancellatas, nec aliqua sui parte suspectas, sed omni prorsus vitio et suspectione carentes, is qui regium agebat negociū, Coram magno cetu in precipuo templi sacro loco, sancti spūs, inuocato fabore nobis presentauit, quas q̄dē ea qua decuit veuerentia, et submiſsione suscepimꝰ et legimꝰ. Series uero earū de verbo ad verbum ē que sequit

John Carter Brown Library

Clemens epūs seruus seruorū dei ad perpetuam rei Memoriam, Sacri apostolatus ministerio meritis
licet insufficientibus superna disposione presidentes, vniuersi orbis provincias, et loca ea presertim,
que omnipotentis dei misericordia christiane ueritatis lucem nr̄is potissime temporibus inciperunt
agnoscere, frequenti meditatione intendimus, ut in illis orthodoxe fidei cultus augeatur et chris,
tiana religio propaget', ac eorum incole, et habitatores Venerabiliū presulum doctrina, et autorita,
te suffulti, in eadem fide semp proficiant, ipsaq; loca maxime insignia dignioribus titullis at,
tollant, et maioribus honoribus decorentur, presertim cum id catholicorum regū, et et cesaree
maiestatis pia uota exposcunt, et cognoscimus, in dn̄o salubriter expedire. Sane cum oppidum
Mexiconeñ in indijs maris tirreni nuncupati, olim auspitijs clare memorie ferdinandi Aragonie
regis, et elisabeth regina Castelle, et legionis regnorum, per dilectum filium nobilem virū Petrū
arias militem segouieñ eorum gentium, armorum ad easdem indias destinatorum exercitus
generalem capitaneum nouiter repertis, et e manibus infidelium illas tunc occupantiū, ereptis, ac
ad ditionem, et dominiū eorum, et pro temp̄ existentium regum eorundem regnorū redactis,
illisq; temporalibus subiectis, que eisdem regibus, dum vixerunt: et deinde charissimo in chris,
to filio nr̄o Carolo Romanorum imperatori semper augusto, dictorum regum, nedum heredi, et
successori, verum et in desiderio orthodoxam fidem ubiq; exaltandi, imitatori, ac sub eorꝫ obidientia
et dominio ratione, dictorū regnorum ex tunc successiue, eodem petro capitaneo guberna,
tore permanentibus, consistens admodū insigne existat, longumq;, et latissimū, et districtum
territoriū circum circa habeat, adeo q; in eo, ultra viginti millia vicinorū, uel incolarū, quorꝫ
plures fideles, tam nouiter conuersi, q̄ et alij forenses, et de diuersis mundi partibus ad illud
habitandū confluentes, conmorent: et resideant, ac in eo, inter alias ecclias, monasteria, et pia
loca, ex deuotione regū maiestatis et capitanei predictorū, inibi constructa, vna parrochialis
ecclia, sub inuocatione beate marie virginis cū structuris, et edeficijs conuenientib3, ad quam
omnes ipi fideles promissis, et diuinis officijs audiendis, ac eccliasticis sacramentis suscipiendis,
tamq; ad eorum parrochialem eccliam recurrunt, et consistit, ac idem Carolus imperator summopere
cupiat, eandem parrochialem eccliam in cathedralem, ipsumq; oppidum in ciuitatem Mexiconeñ
erigi, & instrui. Nos habita super his cum venerabilibus fratribus nr̄is Sancte Romane ecclie
cardinalibus matura deliberatione, eodem Carolo imperatore nobis super hoc humiliter supplicante
ad laudem et gliam omnipotentis dei, et eiusdem beate marie virginis eius genitricis, ac totius
curie cœlestis, necnō ipsius fidei exaltatione, apostolica autoritate tenore presentium suppli,
cationibus caroli imperatoris hm̄oi inclinati, de eorundem fratrū Consilio pariter et assensu,
oppidum mexiconeñ, ac parrochialem eccliam beate marie hm̄oi in cathedralem Mexiconeñ,
sub inuocatione assumptionis eiusdem beate marie nuncupandam pro uno ep̄o Mexicon̄ qui
inibi et in illius ciuitate, ac diocesi verbum dei predicet, et infideles ad eandem fidem conuertat,
ac tam illos sic conuersos, q̄ alios predictos fideles in eadem fide expertius instruat, doceat,
et confirmet, ac Sacramenta ecclistica eis ministret, et ministrari, ac predictam erectam
eccliam, illiusq; edificia ad formam cathedralis ecclie redigi, faciat, ac in ciuitate et diocesi

John Carter Brown Library

predictis collegiatas, et parrochiales, ac alias ecclias, monaſteria, capellas, hoſpitalia, oratoria,
et alia pia loca, ac in illis reſpectiue in numero et cum dotibus, ac qualitatib9 decentibus, per
eum aſsignandis, ſpecificandis, maiores, principales, abbatiales, conuentuales, et alias digni-
tates, perſonatus. adminiſtrationes, et officia etiam curata, et electiua, necnō canonicatus et
prebendas, integras, et dimidias portiones, capellanias, vicarias, et alia beneficia eccliaſtica
cum cura et ſine cura, ac capitula, necnō capitulares, abbatiales, conuentuales, et alias
menſas, erigat, et inſtituat, reſpectiue, ac alia ſpualia temporalia iuriſdictionalia, et pon-
tificalia officia, omniaq3 et ſingula alia, que alij epi regnorum eorumdem facere, et exer-
cere, conſueuerunt, et que pro diuini cultus augmento et fidei hmoi exaltatione, ipſorumq3
fidelium animarum ſalute, expedire cognouerit, faciat: et exerceat. ac omnibus et ſingu-
lis alijs preuilegijs, prerrogatiuis, preeminentijs, et gratijs, quibus alij epi predicti, de
iure et conſuetudine, ac alias vtuntur, potiuntur, et gaudent, ac uti, potiri, et gaudere po-
terunt, quomodolibet in futurum, vtatur, potiat', et gaudeat, ac uti, potiri, et gaudere, libe-
re, et licite ualeat, necnō in eadem ecclia Mexicon capitulū canonicorum, et perſonarum,
epali et capitulari menſis. ac ſigillo, et alijs inſignijs, iuriſdictionibus, priuilegijs, et pre-
eminentijs epalibus et capitularibus, erigimus, et inſtituimus, ac incolas et habitatores dicte
ciuitatis Ciuiū nomine decoramus, necnō eidem erecte ecclie pro illius ciuitate, ciuitatem
erectam, et pro dioceſi terras, inſulas loca et oppida, que idem Carolus imperator, uel eius
conſiliū, indiarum nuncupatū, poſitis limitibus, et confinibus neceſſarijs, ſtatui, et aſsignari,
iuſſerit, ac pro clero, et populo, illorū incolas, et habitatores hmoi reſpectiue, ac pro dote et
etiam pontificalis dignitatis, et pro tempore exiſtentis epi, illius decentiori ſuſtentatione,
decimas, primitias, et alia iura epalia ſpualia et temporalia, de bonis rebus, et fructibus,
de quibus Carolus imperator, uel conſiliū hmoi ſpecificauerint, et ordinauerint, itaq3 idem
epus Mexicon, in ciuitate et dioceſi predictis, epiſcopalem iuriſdictionem, autoritatem et
poteſtatem exercere, ac decimas et primitias et iura hmoi percipere, et leuare, ad inſtar epor
predictorum, libere, et licite ualeat, applicamus et appropiamus, necnō ius pronatus, et infra
annū propter loci diſtantiam, per ſe uel alium, ſeu alios ad id et ante vacationes deputā-
dos procuratores, preſentandi perſonas ydoneas, tam hac prima vice, q3 quoties illa pro tem-
pore vacauerint, ad ecclam uidelicet Mexiconen nobis, et pro temp exiſtenti Romano pontifici
per nos et illū reſpectiue, in eiuſdem ecclie epum, et paſtorem preficiendum, ad omnes
uero et ſingulas alias dignitates, perſonatus, adminiſtrationes, officia, canonicatus et pre-
bendas, portiones, capellanias, vicarias, monaſteria, prioratus. et alia beneficia hmoi, eidem
tempore exiſtenti epo mexicon ac eius uicario, ſeu officiali per eum inſtituendas, ad eaſdem
preſentationes Carolo imperatori predicto ratione regnorum Caſtelle et legionis hmoi, ac pro
tempore exiſtenti illorum regi uel regine de ſimilibus conſilio et aſſenſu reſeruamus, concedim
et aſsignamus. non obſtantibus conſtitutionibus, et ordinationibus apoſtolicis, ceteriſq3
contrarijs, quibuscunq3. nulli ergo hominū liceat, hanc paginam noſtre erectionis, inſtitu-

tionis

John Carter Brown Library

decorationis, applicationis, appropiationis, reseruationis, conceſſionis, et aſſignationis, infringere, uel ei ausu temerario contraire, Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei, ac beatorum petri et pauli apoſtoloru se nouerit in cursuru. datis Rome apud sanctum petrum, Anno incarnationis dnice Millmo quingmo tricessimo, quarto nonas septembris, Pontificati nri Anno ſeptimo.

John Carter Brown Library

Poſt quarum quidem litterarum apoſtolicarum presentationem, et receptionem, ut premittit, factas, fuimus, pro parte Sereniſſime dñe ioanne, et Caroli ſemper augusti, eiusdem filii hiſpaniarum regum, debita cum instantia requisiti, ut ad complementum litterarum aplicarum, et contemptorũ in eisdem procedentes in prefata nr̃a cathedrali eccl̃ia ad honorem glorioſiſsime marie uirginis aſſumptionis dedicata, et in dicta noua hiſpania fabricata, dignitates, canonicatus et prebendas, ac portiones, alia q̃ beneficia, et officia eccl̃iaſtica, quot quot et prout melius expedire, videremus, tam in ciuitate, q̃ per totam diocesim erigeremus. et institueremus. Nos igitur frater ioannes de cumarraga ep̃us predictus, ac comiſſarius aplicus prefatus, attendentes petitionem, et requisitionem hm̃oi iuſtas fore, et rationi consonas, cupientes q̃, ut uerus obediens filius aplica iussa, nobis directa reuerenter exequi, ut tenemur, comiſſionem predictam acceptauimus, et eadem autoritate aplica qua fungimur in hac parte, prefata maieſtate instante, et petente, in predicta cathedrali eccl̃ia, Mexicon̄ ciuitatis in predicta noua hiſpania. ad honorem dei et dñi nr̃i ih̃u christi, ac beatiſsime marie virginis matris eius, in cuius, et ſub cuius titulo per prefatũ ſanctiſſimũ dñm nr̃um cathedralis eccl̃ia ẽ erecta, tenore presentium erigimus creamus et instituimus./

Decanatum. que dignitas prima poſt Pontificalem in eadem eccl̃ia existat, qui curet, et prouideat, q̃ officium diuinum, et omnia alia, que ad cultum dei pertinent, tam in choro, q̃ in altari, q̃ etiam in proceſſionibus, in eccl̃ia, et extra, in capitulo, et ubicunq̃ conuenerĩ eccl̃ie seu capituli ad illud exoluendum congregabunt, cum silentio, et ea qua decet honeſtate ac modeſtia rite, et recte perſiciantur, ad quem etiam pertinebit, is quibus a choro ex causa discedere, conuenit, ex pressa causa, et non alias licenciam concedere./

Archidiaconatũ eiusdem ciuitatis, ad quem clericorum ordinandorum examinatio, prelato solemniter celebrante, ministratio, ciuitatis, et diocesis, si sibi a prelato iniungat, visitatio, et alia que de iure comuni competunt, exercere, pertinebit, qui in altero tñ iurium uel in theologia, ad minus bachalarius exiſtat in vniuersitate graduatus./

Cantoriam ad quam nullus poſſit presentari nisi in musica, Saltem in cantu plano doctus, et peritus exiſtat, cuius in faciſtolio cantare, et seruitores eccl̃ie cantare docere, et que ad cantum pertinent, et expectant, ordinare, corrigere, et emendare, in choro et ubicunq̃ per se, et non per aliũ officium exit./

John Carter Brown Library

Scolaſtriam. ad quam et nullus, nisi in altero iuriũ, aut in artibus bachalarius in aliqua generali vniuersitate graduatus exiſtat, presentetur. qui grammaticam clericos et eccl̃ie seruitores, ac omnes diocesanos audire volentes per se, uel per alium docere tenebitur./

Thesaurariam. ad quem eccl̃iam claudere, et apperire, campanas pulsare facere, omnia utensilia eccl̃ie, custodire lampades et luminaria curare de incenso luminibus, pane, et uino ac reliquis ad celebrandũ necesarijs de redditibus fabrice eccl̃ie exponendis, ad votum capituli prouidere pertinebit./

Nec non decem canonicatus et prebendas, quas a dictis dignitatibus omnino ſepparatas, eē decer-
nimus, nec unq̄ unam simul cum dignitate aliqua obtineri, posse, ordinamus. ad quos et cano-
nicatus et prebendas, nullus presentari poſsit, nisi ad sacrum presbyteratus ordinem iam sit
promotus, ad quos quidem canonicos quotidie, preterq̄ in prime, et secunde dignitatis, fes-
tiuitatibus, in quibus prelato, uel eo impedito aliqua de dignitatibus celebrabit, miſsam celebrare
expectabit,

Instituimus insuper Sex integras et totidem dimidias Portiones, et qui ad dictas integras por-
tiones presentandi fuerint, ad sacrum diachonatus ordinem sint promoti, in quo quidem
ordine teneant in altari quotidie deseruire, nec non paſſiones decantare. qui uero ad dimidias,
ad sacrum subdiachonatus, qui quidem epiſtolas in altari, et in choro, et prophetias, lamen-
tationes, et lectiones teneantur decantare.

Volumus insuper et ſtatuimus, q̄ ad dignitates, canonicatus, portiones, integras, et dimidi-
as supradictas, uel ad aliquod alliud beneficium totius nr̄e diocesis nullus presentari, ualeat,
qui cuius uīs ordinis, priuilegij, aut officij occaſsione a iurisdictione nr̄a ordinaria sit exemp-
et si forte contigerit exemptum aliquem presentari uel institui, talis presentatio uel institutio
sit ipso iure nulla.

Ac duos Rectores. qui exerceant in dicta cathedrali nr̄a ecclīa officium rite et recte miſſas celebrādo
confeſiones audiendo. aliaq̄ sacramenta, caute et solicite miniſtrando, qui ad presentationē
catholicarū maieſtatum sicut cetera beneficia nr̄e diocesis prouideantur.

Ac sex accolitos, qui accolitatus officium in altaris miniſterio quotidie p ordinem exercebunt
ordinamus.

Capellanos insuper sex, quorum quilibet tam in nocturnis, q̄ in diurnis, ac etiam miſsarū
Solemnitatibus, ad faciſtolium in choro personaliter interesse, et in vno quoq̄ mense Miſsas
viginti, nisi iuſta infirmitate uel impedimento fuerit impeditus, celebrare teneatur.

Presentationem autem dictarum dignitatum, canonicatuum, portionum integrarum, ac dimi-
diarum, aliarumq̄ dignitatum canonicatuum, ac similium portionum futurarum in predi-
cta nr̄a cathedrali ecclīa creandarum, prefatis catholicis hiſpaniarum regibus, ac eorum suc-
cessoribus, prout de iure eis competit, et autoritate apl̄ica, reseruamus eadem autoritate.

Accolitorum, ac capellanorum predictorum electionem, seu prouisionem, ad nos. et successo-
res nr̄os, vna cum nr̄o capitulo, pertinere decernimus. volumus autem, q̄ dicti capellani,
qui pro tempore fuerint eligendi, non sint familiares ep̄i, nec alicuius persone dicti capituli,
nec fuerunt tempore vacationis.

Officium uero Sacriſte qui ea que ad officium thesaurarij expectant ipso presente et de eius comiſ-
sione, et in eius absentia, ad votum capituli exercere tenebitur.

Officium organiſte, qui organa in diebus festiuis, et alijs temporibus, ad votum prelati uel
capituli pulsare teneatur.

Officiū perticarii, cuius in processionibus ordinare, prelato, presbytero, diacono, subdiachono, et reliquis altari ministrantibus de choro ad sacristiam, uel altare, uel de altari ad sacristiā in chorum euntibus, uel redeuntibus anteire officium erit.

Officium æcconomi, siue procuratoris fabrice, et hospitalis qui architectoribus, muratoribus, necnon fabris lignarijs, et alijs officialibus, edificandis ecclijs operam dantibus preerit, quiq3 per se, uel alios, redditus et prouentus annuos, et quecunq3 emulumenta et obuentiones, ad dictam fabricam et hospitale quouis modo pertinentia, coligere, et expendere habebit, reditu-rus annuatim rationem de receptis, et comsuptis epō et capitulo uel officialibus ab eis dem, ad hoc specialiter deputatis, necnō ad eorum nutum eligendus uel remouendus, prestita prius per eum ydonea satisdatione, q3 ad administrationē admitatur.

Officium insuper Cancellarij siue notarij ecclie et capituli, qui quoscunq3 contractus inter eccliam, epūm, capitulum, et quoscunq3 alios in prothocollo et notis suis recipere actus capi-tulares scribere donationes, possesiones, census, feudus, precaria per eosdem epūm et capi-tulum et eccliam uel eisdem factas uel in posterum faciendas, annotet, et scribat et instru-menta custodiat, partes reddituum beneficiatis distribuat, necnō rationes reddat et recipiat.

Officium insuper Canicularij, qui canes ab ecclia eiiciat, in omnibus sabbatis et quorumcunq3 festorum uigilias habentiū, uigilijs, et alias ubi et quando, p thesaurariū sibi fuerit iniunctum ecclia purgabit,

De quibus omnibus Videlicet quinq3 dignitatibus, decem canonicatibus, Sex integris, et toti-dem dimidijs portionibus, et sex capellanis, et sex accolitis, et officijs predictis, quia de presenti fructus redditus et prouentus decimarum non suppetunt thesaurariam ex dignitatibus, quinq3 uero Canonicatus, et omnes integras et dimidias portiones ad presens indicta erectione volum9 suspendere, q si prefatis quatuor dignitatibus, et quinq3 canonicis, redditus memorate quarte partis, ad presens (quod non credimus) non suppetant, arbitrio nostro, nrorumq3 successorū reseruamus. quas dignitates quosq3 canonicatus, interim suspendere debeamus, donec reddi-tus excreuerint, Suspensi uero expectabunt donec ad maiorem quantitatem fructus puenerint, restituendi ad prebendas prefatas, per nos et nros successores, ordine nobis considerando, ad potiorem ecclie nre utilitatem, itatamen, ut cum deo duce ad pinguiorem fortunam fructus et redditus nre predicte ecclie peruenerint, q3 primum ad dotem thesaurarię suspense applicatam, desu-per crescentibus fructibus auctum fuerit, thesaurariam eandem ex nunc erectam, et creatā, eē decernimus absq3 alia noua creatione, et erectione persone per eandem catholicam maiesta-tem nominande, conferendam, et consequenter, dum fructus redditus et prouentus ulteri9 augmētum receperint, dictorum canonicorum numerus usq3 ad denarium numerum succes-siue augeatur, quo expleto, tunc omnes integre, et dimidie portiones, successiue suo ordine admitantur, et demū de redditibus superexcrescentibus, sex accolitatus pro sex clericulis qui in quatuor minores sint constituti, et acolitorum officium in altaris ministerio exer-ceant, et sex capallanie simplices, pro sex predictis capellanis similiter prouideant, postmo-dum uero, officium organiste, et perticarij, æcconomi, notarij, et caniculatij predictorum dicto numero successiue iuxta ordinem literaliter premissū, absq3 aliquo interualo augeatur.

Et quia secundum apostolum, qui altari servit, de altari vivere debet, omnibus et singulis dignitatibus, personis, et canonicis prebendatis, et integris, et dimidiis portionariis, capellanis, clericulis, siue accolitis, ceterisque officijs, et eorum officialibus, iuxta numerum supradictum expressis, omnes et singulos fructus, redditus et prouentus, tam ex regia donatione, quam ex iure decimarum aut alias quouis modo ad eos depñti aut in futurum pertinentes, videlicet ordine literario, decano, archidiachono / cantori / scolastico / thesaurario, et omnibus canonicis / necnõ portionibus, et dimidijs, ac etiam rectoribus, et omnibus alijs supra notatis / et nominatis Modo sequenti. Decano, scilicet centum et quinquaginta libras, pesos / uulgariter in illis partibus nuncupatas / quarum librarum quelibet, unum castellanum aureum quadringentos octoginta quinque maravetinos monete vsitate hispanie constituentem. archidiachono centum et treginta valoris eiusdem pesos seu castellanos, et cuilibet de dignitatibus, totidem, et cuilibet de canonicis, cẽtum portionariorũ cuilibet septuaginta, dimidijs treginta quinque, capellanis quidem cuilibet viginti, accolitis singulis duodecim. / organiste sedecim / et notario totidem, perticario totidem, ecconomo uero quinquaginta, canicular io quidem duodecim libras auri, similes totidem castellanos et marapetinos constituentes, ex nunc pro tunc ordine literario, prout exprimitur, seruato, cum fructus, redditus, et prouentus superexcreuerint, applicamus, et assignamus. Et quia ut dictum est propter officium datur beneficium. Volumus, et in uirtute sancte obedientie districte percipiendo, mandamus. quod predicta stipendia sint quotidiane distributiones assignate, distribute quotidie interessentibus singulis horis, nocturnis pariter et diurnis, et exerciciis dictorum officiorũ, itaque a decano usque ad accolitum inclussiue, is qui alicui hore non interfuerit in choro, stipendio siue illius hore distributione careat, et officialis qui sui officii exercitio, uel executioni deerit, multetur Similiter singulis vicibus pro rata salarij, Tales uero distributiones, quibus absentes priuantur, ad potiorem decorem diuini officij, iuxta arbitrium nr̃um, nr̃orumque successorum, uolumus, distribuant. item volumus et eadem autoritate ordinamus, ut omnes et singule dignitates canonici et portionarij dicte nr̃e ecctie cathedralis teneantur residere et seruire in predicta nr̃a ecctia, per octo menses continuos, aut interpollatos, aliquim nos uel successores nr̃i. qui protempore fuerint aut capitulũ / sede uacante / teneantur, eo prius vocato, et audito, si iustam et rationabilem causam absentie non habuerit, et allegaberit, personatum, uel canonicatũ siue portionem vacantem pronunciare, et de illo uel illa, ydoneis, ad presentationem tamen prefate catholice maiestatis, et eorum in regnis hispanie successorum, prouidere. Iustam autem absentie causam, hoc loco difinimus egritudinem, dum tñ beneficiatus infirmus in ciuitate maneat, aut in suburbijs eiusdem ciuitatis, aut si eam incurrerit, stans extra ciuitatem, cum rediierit, aut redire parauerit ad eam, dum tñ hoc probationibus legitimis constet, uel cum de mandato epi uel capituli simul, et pro causa et vtilitate ecctie absens fuerit, itaque ista tria concurrant in hac sua absentia,

John Carter Brown Library

15 Volumus insuper, et de consensu et beneplacito prefate et Serenissime maiestatis et eadem autoritate apostolica, statuimus, decernimus, et mandamus, quod omnium decimarum tam

cathedralis, q̃ aliarum ecctiarum dicte ciuitatis et diocesis, fructus, redditus, et prouentus, in quatuor equales diuidant partes. quarum unam, nos et successores nri epi, perpetuis futurisq; temporibus, pro onere pontificalis habitus ſuſtentando, et ut decentius et iuxta pontificalis offi, cij exigentiam ſtatum nrum ſuſtentare, valeamus, absq; aliqua diminutione pro nra epis, copali mensa habeamus. decanus uero et capitulu et reliqui miniſtri ecctie quos super aßig, nauimus, aliam quartam partem, modo premißo, inter eos diuidendam habeant, a quibus par, tibus, licet ex comiſſione aplica et longeui temporis usu, moribus et consuetudine approbata, eadem catholica maieſtas terciam partem /tercias/ in hiſpania vulgariter nuncupatam, habe, re et recipere, integraliter consueuit. Volens erga nos sue liberalitatis dexteram extendere, pro, ut et oſtendit circa alias partes, circa qualitatibus infra expressis, nos et epos successores, ac capitulu prefatos, ut magis debitores tanto munere refectos efficeret, et ut pro eadem et regiis eiusdem maieſtatis successoribus, preces effundere teneremur, in nra et dicte ecctie nre et capituli, in sua quarta decimaru parte liberos et exemptos in futuru ee voluit. Relique uero due quarte partes, iterum in nouem diuidendas partes decernimus. duas quarum eidem maieſtati serenißime, insignum superioritatis, et iurispronatus, ac ratione accquisitionis predicte terre futuris perpetuis, temporibus percipiendas, et leuandas, applicamus.

